

8

VITA
S. AGATHONIS PAPAE
PANORMI CIVIS, ET PATRONI.



PANORMI, Apud Am. Martarellum. 1640.

Superiorum Permissu.

C. TR de los Ah

ESTAVERA CHIQUADA 2
ESTAVERA CHIQUADA 2



11.15 11.15

SANCTI AGATHONIS PAPAE V I T A

EX ANASTASIO BIBLIOTHECARIO,
Onuphrio Panuinio, Caid. Baronio,
alijsq; scriptoribus exceppta.

 V O D maximè gloriosum fuit veteris Græciae Ciuitatibus, & quis eārum alumnus in Panegyricis certaminibus victoriam reportasset, ut etiam præco, qui coronam athletæ victori imponebat, non tam ipsum, quam vītricem patriam in eius capite coronari prohunciarit; id sane potest si quæ alia ciuitas gloriari Panormus, quod non una, nec vniuersitatem, sed multis, & multigenis ciuium suorum laureis conspicuani frontem attollat. non solum enim ipsa regium Siciliæ caput fluxis, & cum saeculorum lapsu decurrentibus Regum, & Imperatorum stemmatis insignitum est; sed etiam incorruptis, & cum æuo coelitum perennantibns decoratum. etenim corollis, vel de effuso sanguine purpulantibus, vel de intaminatae Virginitatis candore albescetibus, vel de multo sanctissimorum hominum sudore irrigatis, semperq; virentibus exornatur. quas ad honoris amplitudinem, veluti lemniscatas sanctorum Antistitum infulæ, & quod est apex gloriæ, summorum Pontificum tiaræ, & triplex eorum fastigium augustiores efficiunt. Quam maiestatem præter ceteros Vrbi Panormitanæ sanctissimus Pontifex Agatho arrogauit, quem ex Vrbis nostræ ciuibus in Cardinalium Patrum collegium prius ad-

A le-

lectum, deinde ad Pontificis summi thronum fuisse promotum, quotquot sunt optimæ notæ scriptores & consentiunt. Nec me vero latet, esse & non neminem ex ijs, qui Vitas Pontificum compilarynt, qui, cum antiquiores alij auctores Agathonem Pontificem Panormitanum, vel certe natione Siculum affirment, ille id ita interpretatur, ut ex castro quodā Vallis Sicilianæ vterioris Aprutij ortū scribat, cū tamen gentile Siculi nomen nulla appositione prolatū non nisi ex nostra Sicilia natū hominem apud omnes omnino scriptores designet. cum autem ipse suam vel interpretationem, vel opinionē nullo alio Auctore muniat, quam facile illud asserit, tam facile refutatur: & in tanta aliorum historicorum copia, & grauitate Anastasi præsertim, ac Panuini j, qui res, ac fastos Pontificum diligentissime perscriptos nobis tradiderunt, audiendus omniō non erit. Nos igitur, vt certum, contestatūque proferimus, Agathonem ex felici terra, & feracissimo Sanctorum germinum Panormitano solo piorum, honestorumquè parentum satu progenitum, tamquam bonam arborem, quod & nominis ipsius omine prænuntiatum, & quasi oraculo, in uplum videri potest (Agatho enim græcum nomen latine bonus exponitur) magnam vel à puero vberriorum, & præstantissimorum fructuum spem, indolemq; præsetulisse. Patris nomen varium legitimus. 3 Pannonium uocatum plures auctores sunt: est qui Pannonio cognomen 4 Amonis addat: est qui 5 Pontianum dumtaxat litteris prodat. Sed matris nomen prorsus in obscurō est. verum quoquo nomine progenitores appellati fuerint, Agatho sane ab ijs animi domicilium bene constitutum, à Deo vero bonum ipsum nactus ingenium, ne desidia torpe scere, vel prauis artibus corrumpi sineret 6 sacrarum litterarum studio adeo excoluit, vt fructus inde confiterint non sane vulgares. nam ad Paupertatis, & sanctioris vitæ disciplinam tanto pere est inflammatus, vt, parentibus de mortuis, liberiorem animum ad maiora rerum initia arrigere, & altiora studia

spectare occœperit. Primum igitur pecuniarum quasi ramos inutiles, ne tam generoso stipiti essent oneri, & meliorum fructuum succos exsugerent, amputare, & ex ijs summa confecta, pauperibus vno die benigne facere. Sed enim quominus in secretiorem, & cultiorem agrum id ger- men depositum ramos feliciores emitteret, impediebat al- tera planta, quæ ei, quasi vitis vlno marito, iugalibus vin- culis non tam cupidi adolescentis, vt opinor sponte, quam obedientia Parentibus morem gerentis nuper innexa ad- hærebat. at ijs etiam se relaxandi, & legitimè expediendi iniectus diuinitus vita religiosa amor facile viam intuenit. Sedebat ea tempestate ad clauum Ecclesiæ Grégoriu s san- etissimus pontifex, cui rerum gestarum magnitudo magni nomen fecit. 1 ad eum Agatho vti verissimum diuinæ mentis interpretem, amantissimumque Pastorem perfu- git: ei vita rationem ingenuæ, integreque retegere; ab eo consilium, opem, facultatem perficiendi, quæ agitabat, exposcere. nec perfugium, aut consilium frustra fuit. animos illi Grégorius ad tam præclarum consilium perse- quendum addidit, ea lege si posset cum bona coniugis pa- ce de sciungendo toro conuenire. 2 Epistolam insuper commendatitiam dedit ad Vrbium Abbatem monasterij Sancti Hermetis, quod per ea tempora Panormi religiosis viis ex ordine Sancti Benedicti celeberrimum habebat- tur; nostra verò ætate diuersorum est constitutum ijsdem, qui ex montis regalis monasterio Panormum commi- grant. 3 Sed vetus illud à Saracenica clade, vel collap- sum refecit, vel euersum restituit Rex Siciliæ Rogerius, ac D. Ioanni templum dedicauit. vnde factum est, vt ex ve- teri, nouoq; commixta quodam voce, & errore vulgi cor- rumpentis H̄ermetis in Eremitarum nomen S. Ioannes de Eremitis sit vocatum; creditumque peiore errore Ere- mitarum fuisse cœnobium. Nunc ad Epistolam D. Gre- gorij redeo, cuius exemplum hoc est.

3 O
Pan.
vt su
4 P
i ei
5 Cia
utis
6 M
Græc
filij 1

1 R
Pitti

2 epि
5.

R
Pitti.

Quisquis in diuina inspiratione compunctus relictis sa-
culi huius actionibus ad Deum conuerti festinat, ita
cum charitate suscipiendus est, & blandis per omnia
consolationibus refouendus, ut in ea, quam elegit Deo
adiuante delectetur, modis omnibus conuertatione
persistere. Quia igitur Agatho praesentium lator in
monasterio dilectionis tuae conuerti desiderat, hora
mum, ut cum omni cum dulcedine, & dilectione susci-
pias; atque ad æternam vitam eius desiderium assi-
dua exhortatione succendus, & circa eius anima esse
salutem diligenter studeas sollicitus, quatenus in Dei
nostris seruitio te administrante deuota mente persti-
terit, & illi pro sit sæculum reliquiss, & tibi eius con-
uersatio proficiat ad mercedem. quem tamen ita su-
scipiendo esse cognosce, si & vxor ipsius similiter
conuerti voluerit: nam cum vnum vtrorumque cor-
pus coniugij copulatione sit factum, incongruum est
partem conuerti, & partem in sæculo permanere.

His litteris, ac facultate accepta Agatho nihil prius ha-
buit, quam ut coniugem in eamdem cœlibis, & perfectio-
ris vita consilium traduceret. nec difficulter ab ea impe-
tratum, ut qui non solù corpore, sed etiam animo coniunctif-
sime vixerant, nunc vna utriusque mens in idem tam salu-
tare, præclarumque consilium conspiraret. Igitur, dome-
stica re composita, maturauit monasticæ vita tyrocinium
ponere: ex quo strenue in virtutum curriculo deinde pro-
cessit. asceticę vitæ studijs, & exercitationibus prorsus in-
tentus interdiu, noctuque cœlestia contemplari, precibus-
que non suam modo, sed etiam totius humani generis sa-
lutem à Deo, ac pacem exposcere. Vbi vero sacris rite ini-
tiatus est, in eam virtutum opinionem breui peruenit, ut
aphr. i R. Ecclesiæ Cardinalis factus ad summi etiam Pontificis
dignitatem cunctis suffragijs, ac totius populi, Clerique
St. Al-
Ciac
consentientibus partium studijs electus sit. quo in mune-
vita. re quam antea semper mansuetudinem in omnes mortales

exer-

exercebat usque eo auxit, & ut nemo unquam afflitis
 suis, aut dubijs rebus ab Agathone consilium, & solatium
 expetierit, qui tristis ab eo discesserit. In administranda
 vero re christiana, quam sibi velut diuino oraculo commis-
 sam intelligebat, non modo diligentiam, ac vigilantiam
 adhibuit, sed cum optime sciret eorum, qui præsunt alijs,
 quo excelsiore loco locati sunt, eo magis virtutes æque, ac
 vitia spectaculo esse, se, suosque mores ita coniuposuit, vt
 exemplar, ac forma recte viuendi ad intuendum, & imi-
 tandum omnibus essent proposita. unde factum est, vt
 una omnium voce illud de eo elogium consentiret, Aga-
 thonem sanctissimum est virum. quæ populi confessio cœ-
 lesti etiam testimonio comprobata est. nam a homini
 lepra infecto obuius, vbi primum osculum de more tulit
 ad pacem, integrain simul valetudinem attulit. verum per-
 multa alia admirabilia, & supra naturæ vim opera ab eo ef-
 fecta, quamquam litteris, & posteritati consignata non
 fint, argumento tamen est Thaumaturgi cognomen, quod
 illi in Graecorum Menologio Basiliij Imperatoris iussu edi-
 to tributum legimus: ex quo parem eum Gregoriorū Neo-
 cæsariensi, Nicolao Myrensi Episcopo, ceterisque nonnul-
 lis, quos ab huiusmodi admirandis operibus veteres Græ-
 ci Patres, facto ad rē apte nomine, Thaumaturgos appellare
 consuectunt, facile quiuis conjectare possit. Nec suæ
 modo vita, verum etiam ordinis Ecclesiastici mores, cul-
 tumque religiosis conformauit. a Clerum varijs ordi-
 nibus, & honoribus solito maioribus, & ampliorem, &
 plebi venerabiliorem effecit: sanctorum imagines in tem-
 plis propositæ, vt magna veneratione cultæ essent in pri-
 mis curauit. Ne vero ministrorum Ecclesiæ dignitas ad
 opera sedentaria abiiceretur, quo nonnullos ea tempesta-
 te pecuniae inopia adigi videbat, 3 ipse se diribitorem cō-
 stituit: Et quod ab Apostolis sub Ecclesiæ primordia fa-
 ctum 4 legimus, nomenclatore usus de manu in manum
 pauperilus tradebat stipem, quo siebat, vt & misericor-
 diam

dum ipse impensius exerceret, caueretque, ne cui mini-
strorum avaritia damno esset: sed dispar in re simili ratio;
& Agathonem, & illos Ecclesiæ Principes à suscepto ope-
re auocauit. Hos quidem grauior cōcionandi cura; illū infirmitas ualetudiniſ. quæ tandem suasit, vt aliū de more Ar-
cæ præficeret; seque eo negotio relaxaret. sed enim multa
alia sunt in Agathonis Pontificatu facta in primis memo-
rabilia. quorum illud maxime optabile, i quod Rauen-
nas Ecclesia in pristinam cum Romana communione in re-
conciliata est. Secessionem ab ea fecerant Maturus, & Re-
paratus Archiepiscopi de primatu contendentes. nec pau-
cos annos id schisma tenuerat, cum illi Antistites Exareho-
rum Italæ potentia fisi p. r contumaciam Romano non pa-
reret. Sed hoc Ecclesiæ vulnus Agathone Pontifice tan-
dem obductum. nam vbi in Romano Concilio C X X V.
Episcoporum, quod exortæ tum nouæ hæreses damnan-
dæ cauſa connocatum ab ipso fuit, de ea reconciliatione
transactum, Theodorus, qui tum Rauennæ Sedem obti-
nebat, Romanum ipse veniens le fe Agathoni stitit, subiecit,
& concilio interfuit. Aliud deinde eo exitialiū, quo la-
tius serpebat vlcus Ecclesiæ sanatum, Dei quidem præsen-
ti ope, sed non sine medica, & administrâ Agathonis ma-
nu. 2 Nam Eutychianorum, & Acephalorum hæresis
quamvis repressa satis, & resecta in Chalcedonensi Syno-
do videretur, suppurauit tamen in peruersis, & insanabili-
bus nonnullorum ingenijs, prout humānæ naturæ corru-
ptio fert. Qui cum vnam in Christo naturam aperte asse-
rere non auderent, cui iam fuerat in ea Synodo reclama-
tum, vnam modo in eo voluntatem, & operationem affin-
gebant, vt ea ratione incautos animos ad priores Eutyc-
hetis errores adducerent. Qui ex hac vnius voluntatis
assertione, nouæque opinionis monstro, novo etiam procu-
so à Græcis nomine, prout in alijs huiusmodi negotijs fieri
consuevit, Monothelitæ appellati sunt. Et quoniam eius
non semel renascuntis, perinde ac multiplicia Hydræ capi-
ta

ta Pontifex Agatho fortissimus Ecclesiæ Hercules penitus excidit, ad eius laudem intercessse videtur, eius originem, & progressus Monothelitarum sectæ, usque ad Agathonis tempora breuissimo compendio comprehendere: nec vero veterum Ecclesiæ rerum studiosis ea narratio accidet iniucunda. Fuit huius doli, machinæque fabricator i Theodorus Episcopus Pharanitarum; eumque in sermonे ad Sergium Arsenoitarum Episcopum scripto composuit, in lucemque protrulit naðus est statim opifices alios, affectusque Syros homines duos, seruili sane, prout hæc natio apud veteres audit, vaferimoque ingenio Sergium Constantiopoleos, Athanasium Iacobitarum Patriarcham, & in Iacobitarum disciplina, cultuque educatum; Cyrum præterea Episcopum Phasidis primum, deinde in Georgij defuncti sedem, quæ fuit operæ male cullatæ præmium iniquissimum. Alexandriæ substitutum Episcopum. Sed Athanasius operam in eo locauit suam, & Heraclium Imperatorem recenti tum à Persis parta victoria, spolijsque exultantem, qui potius armis Regnum discrimina, quam fidei cōtrouersias cernere scientia potuisse, adegit, ut eam sententiam de vna Christi voluntate, & actione publico promulgaret editio, quam Ecthesim, hoc est, expositionem fiduci nominauit. nec vero seignior Sergius Constantinopolitanus conuocato suorum Episcoporum conciliabulo, quibus idem instillarat venenum, Ecthesim illam & Imperatoris auctoritate, & Episcoporum subscriptiōnibus cōmunitam toto inspectante populo pro templi primarij foribus affixit. Harum motus, conatusque nefarios ut retardaret, non parum operæ contulit Sophionius spectatæ religionis Monachus; & cum priuatam ageret vitam per Epistolam, quæ in VI. Synodo Act. XI. descripta est; & ad sedem deinde Hierosolymitanam cœctus habito suorum concilio eam opinionem reiecit.

i Agatho
 Papa in e-
 p̄l. synod.
 Baron. an.
 649. num.
 17.
 Binus ubi
 s̄p.

cit. quod permolestè ferens Sergius ad Honórium Romanum Pótificem nomen Sophronij detulit; quod videlicet duarum voluntatum, & actionum nomininibus totum pérfinisceret Orientem, & Acephalos, quorum seniora eo tempore consilia; & quietiores videbantur animi; sollicitaret. Sergio, Cyro, & Sophronio ita rescripsit Honorius, ut nihil aliud tunc spectasse videretur, quam nouas quæstiones discordia; plenas resecare. quam Pontificis prouidentiam sui erroris approbationem esse interpretati Monothelitæ in suarum partium patrocinium Rom. Pontificis nomine abutebantur. Honorio deinde Seuerinus; Seuerino Ioannes IV. successit qui per litteras ab Heraclio de noua secta certior factus indicta Romæ Synodo, eam damnauit: atque ut Imperatorem ab hæreticorum communione retraheret, impensis laboravit: effecitque, ut Heraclius omni se Ecclesiæ reprehensione immunitum ostenderet, novo edicto proposito, quo manifestum esset omnibus, Ecclæsim illam suam, non suam, neque ex suo sensu, sed à Sergio conditam, eius impulsu à se subscriptam, & promulgatam, cum non dum reprehensioni obnoxiam intelligeret. Heraclio deinde Constantinus filius in imperium, Sergio Constantinopolitano Pyrrhus in Episcopi sedem electus est eiusdem contagionis, & amentiae particeps. qui cum ueneno Constantinum Martinum nouerc; gratificans sustulisset, in Africam relegatus Maximi sanctissimi monachi opera, ac disputatione extat ea disputatio Græce, Latineque à Baronio i Annalium tomis inserta) bene edocitus, conuictusque ad Theodorum Romanum Pontificum Ioannis successorem se sistit, & dato libello, quo omnem hæresim execrabatur, ab eo Pontifice receptus est. Scd homo in constans animo, siue non tam homo, quam canis, quod uirus Romæ euomuerat, Ravennæ resorbuit; & uti desertor, ac trans-



D. C. AGATHONI PORTO

NOBILISSIMO CIVI PANORMITANO T.D.
Salutem.

Quod vnum deerat ad imponendum fastigium pietati
tue erga sanctissimum Pontificem Panormi exti-
mum decus, tibique cognominem Agathonem:
quodque omnium ciuium tacitis sensibus, ac votis
expetebatur, ut sicut te auctore, atq; hortatore eius anniversa-
ria memoria festo die, sollemniq; ritu in Panormitana diacefa
cold capta, primum, ac deinceps est propagata; ita eius vita,
resq; gesta ad imitandum, admirandumq; tantum virum, & Pon-
tificem de Repub. Christiana tam optime meritum litterarum la-
ce splendercerent, atq; in omnium memoria perpetuo consue-
rent; id tandem aliquando, gratulantibus, & plandentibus om-
nibus bonis, apparuisse, laetus equidem vehementer sum. neque
adeo cunctari volui, quin veterer foro, & pretiosam banc mer-
cem Reip. commodo exponerem. ita cum primum hoc opuscu-
lum studio, operaq; tua primum apparatum; qui vetera mo-
numenta ad eruenda S. Agathonis facta tanto periuolutasti ope-
re, ut etiam Abbas D. Rocchus Pirrhi Siciliensium Ecclesia-
rum Notitia scriptor, & antiquarum tabularum conqueritor di-
ligentissimus, pleraq; a te, si minus omnia, qua ad nostrum A-
gathonem pertinent, lucratum se esse ingenue fateatur; tna igit-
tur opera dispositum hoc opusculum, non inuitis deinde Roma-
nis Musis compositum, qua ad ornandum Pontificem suū, Roma-
num illum veterem stylum, iam à multis intermissum, resum-
psisse.

psisse visa sunt, & orationem ita limasse, & expolisse, ut rerum
gestarum gravitatem cultus historie minime dedecret; ubi pri-
mum natus sum, typis illud mandare in lucro, & honore, & po-
puli gratia deputari. Sed cui dono lepidū, ac nouū libellum tam
decenter, ut dixi, expolitū & quin nemini, quā tibi Agatho, qui
priora tua religionis officia in hunc potentissimum iam pridem
allelum populo Panormitano Patronum, tibi vero ab ipso ha-
gali die proprio quodam iure, ac nomine eodem diuinus destinat-
um his recentibus studijs cumulasti. Tuum erit patrocinari
hunc libello, quo Patroni communis, & tui gloria maxime
continetur. & quamvis hanc possessionem à te tuo sudore, indu-
striaque quamquam, & partam publici iuris esse volueris, ea-
dēm tamen ad pristinum dominum ita devulseris, ut eae abdi-
care iure non possis. Quod mihi satis commode vertit. nam si
minus, quod meum est in hoc opere, tibi placeat, tuum certe
sibi duplices non poterit. Vale.

Amantissimus tui.

D. Hieronymus Morsus
Baro Fauarella.

transfuga **conclamatus à clero**, & ab ipso Pontifice
damnatus, & Sacerdotio deiectus est. In cuius locum
 à Constante Constantini filio, Heraclij nepote, nec
 impietatis minus hærede, quam imperij, refectus est
Paulus Monothelita. qui fretus maxime patrocinio, ac
 potentia Imperatoris sui non modo Constantinopoliti-
 tanam dioecesim perdere, & inactare, sed in Africam
 usque impetus, vnguesque protelare. Quo eius furo-
 re factum est, ut non in Orientē solum, Ægyptoque,
 sed etiam ad meridiem usque Monothelitarum hæresis
 grassaretur. Sed Africæ vigilantissimi Pastores lupi-
 nam ingluviem, faucesque compresserunt. crebris,
 grauissimisque epistolis tum Constantem Imperato-
 rem, tum Paulum Episcopum de officio cominen-
 tes; Theodorum præterea Romanum Pontificem,
 ut eorum audacię obuiam iret, hortantes. Nec
 vinci se passus est uigilantia, studioque defendendi gre-
 gis Christi Theodorus. Paulum in dies magis insa-
 mientem seuero anathemate percussum de Episcopi gra-
 du deturbauit. ille uero uehementius, quasi accepta in-
 injuria, furere, ac debacchari. Romanos Apocrifa-
 rios, qui iure gentium iniuiolati, sanctique habentur,
 uirgis casos in exilium ejcere: altare, quod Constan-
 tinopoli constitutum erat sacris Roniano ritu peragen-
 dis, funditus demoliri. qua scelerum atrocitate com-
 motus Martinus Pontifex eo nomine primus Theodo-
 ri successor concilio quinque, seu decem, uttradunt alijs,
 supra centum Episcoporum habitu, in eoque secretarijs,
 ut vocant, s u consultationibus quinque celebratis, duæ
 Christi voluntates, actionesque duæ frequentissimo
 consensu sanctæ sunt; ac per viginti Canones explica-
 tæ. Coniecti vero in hæreticorum numerum Theodo-
 rus Pharanita tanti fax incendij, Cyrus Alexandrinus,
 Sergius, Pyrrhus, ac Paulus Constantinopolitani:

damnata Heraclij Imperatoris Ecthesis, quæ quasi
 dei typus, ac forma ad Ecclesiæ ualas Paulo auctore
 pependerat. Actum iam, & conclamatum de Mono-
 theitarum secta videri poterat, ni Constanus nequissi-
 mus Imperator eam potentia, ac patrocinio suo contu-
 tari aggressus esset. itaque furens audacia, Maximum,
 de quo supra memorauit, religiosissimum, doctissimum
 que Monachum Constantinopolitanum, & fortissimum
 Martini Pont. in eo certamine socium, & adiutorem,
 flagellumque Monothelitarum acerrimum; duos prete-
 rea Anastasios Maximi adiutores crudelissimo suppli-
 cio affecit. addit sceleri scelus. Martinum ipsum Pôt.
 primo per Olympiuni Exarchum; deinde per Theodo-
 rum Callipain captiuum, & Constantinopolim perduc-
 tum in Chersonesum deportari iubet. ubi varijs incom-
 modis, &rumisque confectus Pontifex diuturno mar-
 tyrij gethero mortem obiit; qua ipse non mintus, ac uita
 Pontificatum illustrauit suum; & uicissim plurimis a Deo
 miraculis illustratus est. Aliquot deinde Pontifices in
 Romana sede, & Episcopi in Constantinopitana,
 usque ad Constantis interitum, & Constantini eius fi-
 lij imperio restitutam Ecclesiæ pacem interfuerunt nam
 Martino Eugenius, Eugenio Vitalianus; huic Adeoda-
 tus; post quem Denys, siue Domnio, cui Agatho no-
 ster. Rursus deposito Paulo Constantinopolitano, ni-
 hil non egit Pyrrhus, suam ut in sedem rediret. quam
 iterum cum inuasisset, non quatuor amplius menses ob-
 tinuit; exceptique eam Petrus eodem infectus errore;
 cui mortuo Thomas secundus, eiusdem farinæ homo;
 huic Ioannes quintus: cui subrogatus est Constantinus:
 Constantino Theodorus hereticus impudentissimus, ac
 pessimus; huic Gregorius, qui tempore Agathonis pre-
 sedit Orienti. Atque uti ad hęc tandem aliquando re-
 grediar Agathonis tempora bene sane ab ipso auspicata;

ea; postquam Conſans omni immanitate, ac dilitate
 teterimus dignas uel ex hac uita poenas luit, & tertiis in
 alia supplicijs excrucianus, 1 quippe ubi omnibus
 ob tyrannidem inuisus in Siciliam uenisset, & Syracusis
 degeret, impacta in caput ab Andrea quodam Troili
 filio ſicula, animam foedissimam inter balnearum, ubi
 tunc lauabat, uapores exhalare coactus; postquam igi-
 tur ſic interemptus eſt, Conſtantinus eius filius Impe-
 rio potitur; cui Pogonati (quod barbarum latine ſonat,
 cognomen eſt additum, 2 eo quod Bizantio prima ad-
 huc efflorescē lanugine profectus in Siciliam, ex ea pro-
 missam fatis barbaū Bizantium retulit: atqui non oris
 modo, ſed & animi bōnum, & grauem habrum ex Sicilia
 noſtrā reportauit. Et ſane ſi minus, ut ait Isocrates, 3
 commendari Principes ſolent, qui à laudatis parenti-
 bus progeniti ſunt, quod Patrum uirtus in eis una cū
 fanguinē propagata eſſe uideatur, quam qui honeste de-
 genieres parentum ſequitiam moresque inhumanos nulla
 ex parte ſint imitati, in horum numero laudandus eſt
Conſtantinus. adeo diſſimiles patri mores, & animum
 geffit. qui allectis in Imperij ſocietatem, quod raro
 fit, 3 cuin ſit impatiens confortis magna potestas, al-
 lectis tamen Tiberio, & Heraclio fratribus, deuictis fe-
 liciter barbaris hostibus, Saracenis potiſſimum, qui iam
 tun & Sicilię miserabiles clades inferre occoperant
 Placido, ac ſocijs Meſſanæ per ſummos cruciatus ene-
 atis, & Romanum Imperium uniuersum affixerant, tri-
 butarijs factis, ac pace constituta, quæ vix ob hostium
 ſauitiam ſperari pōſſe videbatur, vt gratiam pacis Prin-
 cipi, & auctori Deo referret, de pace etiam inter Eccle-
 ſias restituenda, infringendaque Monothelitarum con-
 tumacia cogitationem, curāmque uicecepit Christiano
 Imperatore digniſſimam. 4 Litteras dedit ad Roma-
 num Pontificem Donum, legato ad cuin Epiphanius

Baron. an.
 668.
 Seuer. E.
 nus hiſt.
 coucil.
 eoc.

Baro. eos.
 an.

in epifta.

Lucan. t.
 1.

Anaf. B.
 bl. i Agat
 Baron. an.
 67"

claro Viro, quiq; Imperatori à secretis erat : quibus litteris, vt legatos mitteret Constantinopolim de pacis, ac fidei negotijs sua auctoritate acturos in Concilio postulabat. Sed antequam legatio, & litteræ in Urbem es-
sent perlatæ, decessit Donus, eaque Agatho successor excepit. Nihil cunctatus nouus Pontifex, nec Imperatore segnior visus i Synodum Occidentis Episcopis indixit, vt qui per affectam ætatem, & valetudinem Constantinopolim ire nō possent per legatos suos suam illuc sententiam transmitterent. 2. & plures sane ea tempestate sunt habitæ Anglicana, Gallicana, Mediolanensis, aliisque, de quibus 3 Beda Venerabilis, & Baronias in suis 4 annalibus scribunt. Sed Romane, in quā tum cenzu, n viginti Episcopi, ex quo numero multi etiam Siciliæ nostræ conuenere, Agatho ipse præfuit, qui Constantinopolim præsenio, vt 5 S. Antoninus tradit, se conferre non potuit. cuius Synodi vtinam singulæ actiones extarent. Sed tamen epistolæ duæ duabus missæ legationibus, altera ab ipso Agathone seorsim, altera ab uniuersa Synodo, instructionem legatorum, & rerum in ipsa gestarum sumnam contineat; & nostrum sciendi desiderium lenire possunt. Vtriusque vero exemplum ad verbum descriptum legere quiuis possit tomo Conciliorum V. Græce, Latineque, & VIII. tomo Annaliū Eminentissimi scriptoris Baronij latine dyntaxat editum. Nos opera censuimus pretium futurum, si Agathonis epistolæ summa solùm capita huc conferremus, quod ex ijs Pontificis nostri prudentia, fideique tuendæ ardens studium, alieque virtutes eniteant.

Primum igitur sollempni quodam exordio ostendit, magna se consolationem in summo suo dolore ob perturbatum Ecclesiarum Christianarum statum ex Imperatoris litteris accepisse; cum videtur cum de contutanda, constabiliendaque orthodoxa fide tantoper laborare: ad eamque

Seuer. Bi-
rus not.
ad cōn. 6.
Baro. an.
679.
Hist. An-
gl. li. s. c.
20.
4 tom. 8
p. 2. tit. 13

que rem appellare Romani Pontificis auctoritatem; nec quasi pro potestate compellere; sed magna cum lenitate per litteras humanitatis, ac pietatis plenas, quæ cælesti dictatæ spiritu videri possent, ad perficiendum negotium excitare, commonere, & hortari. Quod vero ipse non citius Imperatoris litteris, votisque responderit, & legatos ab ipso postulatos biennio fere post acceptas litteras miserit, causam sustinere non remissionem animi sui, sed tum locorum longinquitatem, vnde ad Concilium accerserantur idonei quique, ac præsertim ex Anglia Theodorus in ea Primatis dignitate præcellens, cuius tamen præsentis copia facta non esset; tum verò etiā prouerba fatis, etatis, affectis, &c; valetudinis suæ egreditudines, quibus tam assidue conflictaretur, ut nec liceret viuere, nec liberet. Sed enim legatos, quos pro copia, seu potius inopia, quæ tum esset litteratorum hominum posset mittere; mittere autem suo nomine Theodorū, & Gregorium Presbytetus, Ioannem Diaconū, & Constantium Subdiaconū, ac præterea Theodorum Presbyterum Rauennatem, ut Principes legationis: quibus accéssi monachi religiosissimi non pauci; nominae verò Romanæ Synodi Ioannem Portuensem, Abundantium, Paterniensem, & Ioannem Reginum Episcopos: hos, si minus instructos, excultosque humanis disciplinis mitte ret, causam esse conferendam in temporum suorum miserae conditione in, ac deplorandas calamitates quibus tanta etiam necessarij victus penuria premerentur Ecclesiæ ministri, ut labore, & exercitatione corporis eum sibi parere necessarium habeant; vnde minus doctrinarum studijs possint vacare: cui incommode illud etiam accedere, quod inter diuturna Longobardorum bella, atque in tanto armorum strepitu, quibus agitata Italia fuerat, artes ingenij siluisse, minusque cultura latinitas sterilesceret, cum tamen ijs semper antea florisset. Verum & si

& si eloquentia, subtilitasque differēdi in eius ætatis ho-
minibus minus suppeteret, numquam tamē solidam de-
esse sanctorum veterum Patrum, & superiorum quinque
Conciliorum doctrinām posteritati traditam : ad eam
tamquam ad sacram anchoram in Ecclesiæ tempestati-
bus esse refugiendum, vel tamquam ad portum tutissi-
mum appellendum. quare & collectas in vnum eorum
Patrum sententias, ac sancta Cōciliorum doginata suis
se tradidisse legatis; & perbene iustis præcepisse, ne
latum quidem vnguem ab ijs recederent : nihil de suo,
vel adderent, vel demerent; omnia sarta tecta haberēt,
quæ præsertim de summi Pontificis sententia in synodo
esset consulta; atqne decreta. Hanc porro esse Fidei de-
finitionē, cōfessionēq; suā, ad quam, vt amissim omnīū
esset fides, & confessio exigenda: sanctā, & inseparabile
Trinitatem, hoc est, Patrem, & Filium, & Spiritum San-
ctum vnius esse Dictatis, vnius naturæ, & substantiæ, sa-
ue essentiæ, adeoq; vnius naturalis voluntatis, virtutis,
operationis, dominationis, maiestatis, potestatis, & glo-
riæ : & quidquid de eadem S. Trinitate essentialiter di-
citur singulari numero, tamquam de vna natura trium
consubstantialium Personarum prædicari. at vero cū
de vna earūdem trium Personarum ipsius S. Trinitatis
Filio Dei, Deo Verbo, & de mysterio admirandæ eius
secundum carnē dispensationis est sermo, omnia dupli-
cia, vnius, eiusdēq; Domini Salvatoris Nostri Iesu Chri-
sti secundum traditionem Euangelicam afferenda: duas
prædicandas esse naturas, diuinam scilicet, & humanam,
ex quibus, & in quibus post admirabilem, & insepara-
bilem vunionem subsistit; & vnamquamq; eius naturā
proprietatem naturalem habere; Diuinam omnia, quæ
diuina sunt; humanam omnia, quæ humana sunt, absque
peccato: duas pōrrò naturas, duasq; naturales volunta-
tes, & duas naturales operationes confitendas in uno

Domino Nostro Iesu Christo, nec vero contrarias eas,
 nec aduersas ad alterutrum! (sicuti Apostolicæ veritatis
 aduersarij arguunt.) nec tamenquam separatas in duabus
 personis, seu subsistentijs, sed duas esse dicendum unum
 Dominum IESVM sicut naturas, ita & naturales in se
 voluntates, & operationes habere: Diuinam quidem vo
 luntatem, & operationem habere ex æternio cum coe
 fessionali Patre communem; humanam temporaliter ex
 nobis cum nostra natura suscepimus. Hanc esse fidei
 confessionem ab Apostolis traditam, per Euangelium
 promulgatam; hanc eadem esse, quam doceat Romana
 Christi Ecclesia omnium mater, iam inde à D. Petro
 traditam; ab eo nimirum, qui caput, & Pastor omnium à
 Christo est constitutus; eius in stabili fundamento sub
 nixam Romanam Sedium, numquam à fidei firmitate
 labefactatam; quoniam illum hæreseos vitium, quo
 quot ei successeret, Romanos fecisse Pontifices: hanc esse
 quam omnes Oecumenicæ Synodi, Patresque vene
 biles, oinnesque Doctores Orthodoxi secuti, ac vene
 tri sunt; soli hæretici falsis criminibus, & imposturis
 infectati: hanc esse Christiani hominis professionem
 omnibus animi viribus retinendam; omni studio fouen
 dam; omni libertate prædicandam; per eam homines
 Deo reconciliari: cuius patrociuum si suscipiat Impera
 tor, fore, ut ei Deus, usque patrocinetur; & Christia
 num Imperium tutetur, atque confirmet. Sibi quidem
 insitendam esse viam superiorum Pontificum, quorum
 semper fuit eam veritatem aduersus obrectatorum im
 petus constatissimè defendere, ac vendicare. refuta
 re se, ac damnare eodem exemplo. Constantinopolita
 nos Episcopos, aliosque sectarios unam in Christo vo
 luntatem, operationemque blaterantes: quorum deli
 gamenta facile à quouis fano mentis suæ eò maximè de
 prehendi, quod à se ipsis non minus, quam à veritate
 diſ-

dissideant; nec semper eadem ijdem, neque coherentia dicant: quot sint scelerata capita, tot nefarias esse sententias; modo vnam, modo nec vnam, nec duas, modo vnam, & duas voluntates, & operationes oggerentes: eos autem à se reprehendi, sicut à maioribus reprehensi sunt; nec superbè, nec arroganter, nec vel aucupandę gloriæ, vel quæstus consequendi studio, sed sincero, & inflammato veritatis amore. nullo se unquam incommodo ab suo officio retardandum; nullius potestis, vel minis deterendum, vel blanditijs retrahendum, quò minus populos sibi commissos edoceat, confirmet, hortetur. illa solum Christi pollicitatione se allici, comminatione permoueri, qui suam cuiq. confessionem, ac silentium præclara alia confessione, & ignominioso silentio repensurum in coelo apud Patrem prenuntiavit. Quare ad piissimos etiam pertinere Imperatores, quoniam illis veritatis splendor singulari Dei beneficior eluxit, ut ad eorum tempora referuata eius defensio videri possit, efficere, ut sicut ipsi, Deo benè aspirante, coronati sunt, sic per ipsos victoriæ corona redimita veritas reuiuiscat: meritis poenis multentur hæretici; ejciatur è terris illa pestis, quæ contagione quidquid infecerit, summo mactat malo; omne inque concordiam, & pacem Ecclesie lacerat, atque conturbat. Hactenus omnes, qui eorum Imperatorum cogitationes, ac studia constituendę fidei acceperint, admiratos, gratulatos esse; gratias egisse; summis etiam laudibus extulisse: si vero portò pergerent in tam illustri facinore, fore ut eos tanto plus gratulationis, ac laudum, & immortalis memoriæ prosequatur, quanto pluris est præclara inceptra perficere, quam incipere. Preces omnium ad Deum in eo consummandas, ut eorum Imperium sospitet propitius, & propaget. Nihil esse Christiano Principi honestius, nihil gloriosius, quam in se susci-

scipere veritatis Catholicae propugnationem. Ad extre-
mum orare se, & ad genua prouolutum enixè sup-
plicare, & obtestari, vt sua potentia legatos a se, & Sy-
nodo Romana missos vti ius, fasque est, præstet inuio-
latos, suis opibus muniat, confirmet, vti liberrimè pos-
sint traditam sibi fidei doctrinam publicè proferri, nec
eiusminis, aut iniurijs, vel à sententia deiijcian-
tur, vel ab officio depellantur.

Hac summa est Synodicæ Agathonis Epistolæ lon-
gissimæ sane si verba dimicariis, sed si rerum grauita-
tem, & copiam iustæ magnitudinis: ex qua etiam de-
ducta à nobis sunt 1 testimonia à sacris litteris, Pa-
trinæq; veterum proleta monumentis, quibus quod age-
batur de duabus voluntatibus, & operationibus dog-
ma adstruit, atque confirmat. Præterea neino mirabi-
tur, cuin tam submisæ pro legatorum incolumente Imperatori supplicare, 2 si statum per ea tempora profliga-
tissimum Orientalis Ecclesiæ, & Imperij reputauerit,
quibus non modo aduersus Roman. Pontificum lega-
tos, sed aduersus ipsos Pontifices Syluerium nempe, &
Vigilium, ac Martinium, de quo paulo ante memo-
rauimus, summa vel Episcoporum, vel Imperatorum
licentia petulætissimè, & impiissime debacchata est,
vt nee à Sanctis omni iure corporibus manus sacrile-
gas abstinuerint. Sed nihil est amentiæ, quo non
progrediatur impudentia, & impietas eorum hominum,
qui semel pietatis, & fidei transilierint fines. Non est
igitur ea Agathonis Pont. Summi supplicatio fracti,
abieictiæ animi, sed de suorum legatorum salute iure
solliciti, & libera, generosaque cum voluntatis indu-
ctione ad erigendam illam nimis projectam audaciæ
deinissi. Et profecto quantum apud Imperatorem Aga-
thonis valuerint litteræ, & commendatio, habitus lega-
tis honos ostendit. Appulerunt Constantinolini an-

¹ vide
possunt
ipsa epi
Agath.
cœcil. 5. ii
serta sex
syn. act..

² Bar.t.
Binus
hist. sy
texte.
Anast.
alij.

no octogesimo supra sexcentesimum, & quidem decima
 Ann. eo. Septembris die, ut rationem tempotū melius Baronius i
 t in Agat. putat, quā n. & nastasius, & apud quem Nouembris est
 scriptum. Excepti sunt comiter, & honorificē ab Im
 peratore, acceptaque litteræ ab ijs redditæ tum Aga
 thonis, tū Syuodi in quibus tamen etiam præscriptum
 Agathonis, ut sacri eius consilij Principis, nomen, qua
 rū eadem sententia; eadē fidei instructio, atq; ea, quam
 ex Agathonis expressimus. Moniti ab eodē Imperatore
 sunt, ut njhil p cōtentionē, nihil p iracundiā, quæ est
 inimica consilio, nihil per animorū discordiā, quæ serni
 tatis animi est aduersaria, agitarē, sed sedate omnia, &
 per sacrarū litterarum, patrūq; testimonia ipsis tradita,
 omissō etiam refractario disputādi genere, caussam fidei
 per tractarent. Ceterū de Imperatoris iussu, sumptuq;
 eis victus suppeditatus, & domus etiā (Placiā eā voca
 tam tradunt) ad habitandum. Tum spatiū quantū fa
 tis vitum est, dierū ad recolenda, & meditanda, quæ erat
 post modum in Concilio acturi. Ab eorū aduentu fla
 tim Imperator per epistolā, seu potius edictum ad Pa
 triarcham Cōstātinopolis datū p̄cepit, ut Metropoli
 tanos Episcopos, aliosq; inferiores loci Constantinopo
 lim cōuocaret, & ad conditū Concilio diem adcessent.
 interim die Dominico, octo post aduentū diebus, ut so
 lemni ritu, pōpaq; procederent, ad templū Dei genitri
 cis, quod Constantinoli magnificū in primis, & reli
 giosum habebatur (Blacherpas id à conditore for
 tassis appellabant) Imperatoris nomine accessiti sunt Ro
 mani legati, missis ab eodem equis decore phaleratis, qui
 bus per urbem honorifcentissimo comitatu stipati inue
 herentur. Duos vero ferme post menses cū iustus Episco
 porum numerus conuenisse visus est, confederare primū
 VI. Idus Nouēbris Imperatoris Constantini anno ter
 tio decimo, restitutę per Christū humang. salutis octoge
 simo

tesimo supra sexcentesimū. locus confessus fuit, conclave domus Imperatoris, ubi secreta negotia curabantur; inde secretariū dictū: sed à fornice, seu rotunda testudine, qua erat concineratū, Trullus appellatur. 1. Id nō men est vasis; si Latinā dialectū species; 2 sed rem ad architectonicā id nominis translacū variato genere, & Trulla, & Trullus usurpatum; eoq; ut dixi appellabatur tunc conclave illud fastigiatū, quodq; testudine sursum erecta rotunditate sua Hemisphæriū referebat. Hic igitur congregati omnes Patres: de quorū numero scriptores discrēpant. alij eos solū Episcopos, qui Synodo interfuerē, recensere videntur, qui CLXX. circiter fuerunt, alij vero multo plures numerant; nimirū ad CCLXXIX, ut eos addere videātut, qui Romanæ Synodi epistolæ subscripti serunt, qui per legatos tāquam præsentes in ecclesia hac Synodo habebantur. 3. Dispositus confessus eo ordine, qui habitus in Chalcedonensi Concilio. primo, ac digniore loco legati Romani: inde ab ipsis alij: secundo Constantinopolitanus, Antiochenus Episcopi, & Legati Alexandriæ. Eminentiore loco Imperator cum omni procerū cohorte conspicendus sedebat. In medio cōstituta mensa ex more splendide ornata, in qua Sacrosancta Euangelia posita Christū ipsum quasi præsentem repræsentabāt. His hac ratione cōpositis octodecim Actiones sunt habitæ, quæ in annū ferme sunt prolatæ, transactæq; nimirū pridie Idus Decēbris anni octagesimi primi supra sexcentesimum. Earum singula acta, dictaq; hic percensere non est nostri instituti, & consilijs, cum ea quæ dicta sunt hactenus ad ornandam vitam Agathonis Pōficiis, sub quo ea Synodus celebrata est, prolixiora etiā videri possint. sed consignata sunt, edita, Græce, Latineq; Conciliorū tomo v, & Latine solū Annaliū octauo supra memoratls. suinma omniū, & exitus Conciliij hic fuit. 4. Primū Monothelitæ multa de-

damnata Heraclij Imperatoris Ecchesis, quæ quasi
 fidei typus, ac forma ad Ecclesię ualas Paulo auctore
 pependerat. Actum iam, & conclamatum de Mono-
 theitarum secta videri poterat, ni Constans nequissi-
 mus Imperator eam potentia, ac patrocinio suo contu-
 tari aggressus esset. itaque furens audacia, Maximum,
 de quo supra memorau, religiosissimum, doctissimum
 que Monachum Constantinopolitanum, & fortissimum
 Martini Pont. in eo certamine socium, & adiutorem,
 flagellumque Monothelitarum acerrimum; duos præte-
 rea Anastasios Maximi adiutores crudelissimo suppli-
 cio affecit. addit sceleri scelus. Martinum ipsum Pót.
 primo per Olympium Exarchum; deinde per Theodo-
 rum Calliopam captiuū, & Constantinopolim perduc-
 tum in Chersonesum deportari iubet. ubi varijs incom-
 modis, eruminisque confectus Pontifex diuturno mar-
 tyrij gehere mortem obiit; qua ipse non minus, ac uita
 Pontificatum illustravit suum; & uicissim plurimis a Deo
 miraculis illustratus est. Aliquot deinde Pontifices in
 Romana sede, & Episcopi in Constantinopitana,
 usque ad Constantis interitum, & Constantini eius fi-
 lij in imperio restitutam Ecclesię pacem interfuerunt. nam
 Martino Eugenius, Eugenio Vitalianus; huic Adeoda-
 tus; post quem Donus, siue Domnio, cui Agatho no-
 ster. Rursus, deposito Paulo Constantinopolitano, ni-
 hil non egit Pyrrhus, suam ut in sedem rediret. quam
 iterum cum inuasisset, non quatuor amplius menses ob-
 tinuit; exceptique eam Petrus eodem infectus errore;
 cui mortuo Thomas secundus, eiusdem farinæ homo;
 huic Ioannes quintus: cui subrogatus est Constantinus;
 Constantino Theodorus hereticus impudentissimus, ac
 pessimus; huic Gregorius, qui tempore Agathonis præ-
 sedit Orienti. Atque uti ad hęc tandem aliquando re-
 grediar Agathonis tempora bene sanc ab ipso auspica-
 catas

ea; postquam Conſtantus omni immanitate, ac diritate
 teſterrimus dignas uel ex hac uita poenas luit, & eternis in
 alia ſupplicijs excrucianus, 1 quippe ubi omnibus
 ob tyrannidem inuiſus in Siciliam uenifſet, & Syracuſis
 degeret, impacta in caput ab Andrea quodam Troili
 filio ſitula, animam foediffimam inter balnearum, ubi
 tunc lauabat, uapores exhalare coactus; postquam igi-
 tur ſic interemptus eſt, Conſtantinus eius filius Impe-
 rijo potitur; cui Pogonati (quod barbatum latine ſonat,
 cognomen eſt additum, 2 eo quod Bizantio prima ad-
 huſ effloresces lanugine profectus in Siciliam, ex ea pro-
 missam ſatis barbam Bizantium retulit: atqui non oris
 modo, ſed & animi bōnum, & grauem habtum ex Sicilia
 noſtra reportauit. Et ſane ſi minus, ut ait Iſocrates, 3 in epift.
 commendari Principes ſolent, qui à laudatis parenti-
 bus progeniti ſunt, quod Patrum uirtus in eis una cū
 fanguine propagata eſſe uideatur, quam qui honeſte de-
 generes parentum ſequitiam moresque inhumanos nulla
 ex parte ſint imitati, in horum numero laudandus eſt
 Conſtantinus. adeo diſſimiles patri mores, & animum
 geffit. qui allectis in Imperij ſocietatem, quod raro
 fit, 4 cum ſit impatiens conforis magna potestas, al-
 lectis tamen Tiberio, & Heraclio fratribus, deuictis fe-
 liciter barbaris hostibus, Saracenis potiſſimum, qui iam
 tum & Sicilię miseraſiles clades inferre occoperant
 Placido, ac ſocijs Meſſanæ per ſummos cruciatus ene-
 ctis, & Romanum Imperium vniuersum affixerant, tri-
 butarijs factis, ac pace conſtituta, quæ vix ob hostium
 ſequitiam ſperari poſſe videbatur, vt gratiam pacis Prin-
 cipi, & auctori Deo referret, de pace etiam inter Eccle-
 ſias reſtituenda, infringendaque Monothelitarum con-
 tumacia cogitationem, curāmque uſcepit Christiano
 Imperatore digniſſimam. 4 Litteras dedit ad Roma-
 num Pontificem Donum, legato ad eum Epiphaniu-

Baron.
668.
Seuer.
nus lii
coucil
ooc.

Baro. ei
an.

Lucan.
1.

Anaſt.
BLTA
Baron.
678-

claro Viro, quiq; Imperatori à secretis erat : quibus litteris, vt legatos mitteret Constantinopolim de pacis, ac fidei negotijs sua auctoritate acturos in Concilio postulabat. Sed antequam legatio, & litteræ in Urbem essent perlatæ, decepsit Donus, eaque Agatho successor excepit. Nihil cunctatus nouus Pontifex, nec Imperatore segnior visus i Synodum Occidentis Episcopis indixit, vt qui per affectam ætatem, & valetudinem Constantinopolim ire nō possent per legatos suos suam illuc sententiam transmitterent. 2 & plures sane ea tempestate sunt habitæ Anglicana, Gallicana, Mediolanensis, aliisque, de quibus 3 Beda Venerabilis, & Baronias suis 4 annalibus scribunt. Sed Romanæ, in quā tum centu, n viginti Episcopi, ex quo numero multi etiam Siciliæ nostræ conuenere, Agatho ipse præfuit, qui Constantinopolim præ senio, vt 5 S. Antonius tradit, se conferre non potuit. cuius Synodi vtinam singulæ actiones extarent. Sed tamen epistolæ duæ duabus missæ legationibus, altera ab ipso Agathone seorsim, altera ab uniuersa Synodo, instructionem legatorum, & rerum in ipsa gestarum suminam contineant; & nostrum sciendi desiderium lenire possunt. Vtriusque verò exemplum ad verbum descriptum legere quiuis possit tomo Conciliorum V. Græce, Latineque, & VIII. tomo Annaliū Eminentissimi scriptoris Baronij latinc dūntaxat editum. Nos opera censuimus pretium futurum, si Agathoni epistolæ summa solū capita huc conferremus, quod ex ijs Pontificis nostri prudentia, fideique tuendæ ardens studium, alieque virtutes eniteant.

Primum igitur sollempni quodam exordio ostendit, magna se consolationem in summo suo dolore ob perturbatum Ecclesiarum Christianarum statum ex Imperatoris litteris accepisse; cum videtur cum de contutanda, constabiliendaque orthodoxa fide tantoper laborare: ad eamque

Seuer. Bi
nus not.
ad con. 6.
Baro. an.
679.
Hist. An-
gl. li. s. c.
20.
4 tom. 8.
p. 2. tit. 13

que rem appellare Romani Pontificis auctoritatem; nec quasi pro potestate coimpellere; sed magna cum lenitate per litteras humanitatis, ac pietatis plenas, quæ cælesti dictatæ spiritu videri possent, ad perficiendum negotium excitare, commonere, & hortari. Quod vero ipse non citius Imperatoris litteris, votisque responderit, & legatos ab ipso postulatos biennio fere post acceptas litteras miserit, caussam sustinere non remissionem animi sui, sed tum locorum longinquitatem, vnde ad Concilium accercebantur idonei quique, ac præsertim ex Anglia Theodorus in ea Primatis dignitate præcellens, cuius tamen præsentis copia facta non esset; tum verò etiā prouectæ satis etatis, affecteq; valetudinis suæ gemitudes, quibus tam assidue conflictaretur, ut nec liceret viuere, nec liberet. Sed enim legatos, quos pro copia, seu potius inopia, quæ tum esset litteratorum hominum posset mittere; mittere aute suo nomine Theodorū, & Gregorium Presbyteros, Ioannein Diaconū, & Constantiū Subdiaconū, ac præterea Theodorum Presbyterum Rauennatēm, vt Principes legationis: quibus accessi monachi religiosissimi non pauci; nomine verò Romanę Synodi Ioannem Portuensem, Abundantium, Paternensem, & Ioannem Reginum Episcopos: hos, si minus instructos, excultosque humanis disciplinis mitte ret, caussam esse conserendam in temporum suorum misera conditionem, ac deplorandas calamitates; quibus tanta etiam necessaria; victus penuria premerentur Ecclesiæ ministri, vt labore, & exercitatione corporis eum sibi parere necessum habeant; vnde minus doctrinarum studijs possint vacare: cui incommodo illud etiam accedere, quod inter diuturna Longobardorum bella, atque in tanto armorum strepitu, quibus agitata Italia fuerat, artes ingenij siluisserent, minusque culta latinitas sterilesceret, cum tamen ijs semper antea floruisse. Verum & si

& si eloquentia, subtilitasque differēdi in eius aetatis hominibus minus suppeteret, numquam tamē solidam esse sanctorum veterum Patrum, & superiorum quinque Conciliorum doctrinā posteritati traditam : ad eam tamquam ad sacram anchoram in Ecclesiæ tempestatibus esse refugiendum, vel tamquam ad portum tutissimum appellendum. quare & collectas in vnum eorum Patrum sententias, ac sancta Cōciliorum dogmata suis se tradidisse legatis; & perbene iusticis præcepisse, ne latum quidem vnguem ab ijs recederent : nihil de suo, vel adderent, vel demerent; omnia sarta tecta haberēt, quæ præsertim de summi Pontificis sententia in synodo esset consulta, atqne de cœcta. Hanc porro esse Fidei definitionē, cōfessionēq; Iuā, ad quam, ut amissim omnium esset fides, & confessio exigenda: sanctā, & inseparabile Trinitatem, hoc est, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum vnius esse Dictatis, vnius naturæ, & substantiæ, siue essentiæ, adeoq; vnius naturalis voluntatis, virtutis, operationis, dominationis, maiestatis, potestatis, & gloriæ : & quidquid de eadem S. Trinitate essentialiter dicitur singulari numero, tamquam de vna natura trium consubstantialium Personarum prædicari. at vero cū de vna earūdem trium Personarum ipsius S. Trinitatis Filio Dei, Deo Verbo, & de mysterio admirandæ eius secundum carnē dispensationis est sermo, omnia duplicita, vnius, eiusdēq; Domini Salvatoris Nostri Iesu Christi secundum traditionem Euangelicam assērenda: duas prædicandas esse naturas, diuinam scilicet, & humanam, ex quibus, & in quibus post admirabilem, & inseparabilem vunionem subsistit ; & vnamquamq; eius natura proprietatem naturalem habere ; Diuinam omnia, quæ diuina sunt; humanam omnia, quæ humana sunt, absque peccato : duas porro naturas, duasq; naturales voluntates, & duas naturales operationes confitendas in uno

Do-

Domino Nostro Iesu Christo, nec vero contrarias eas,
 nec aduersas ad alterutrum¹ (sicuti Apostolicæ veritatis
 aduersarij arguunt) nec tamenquam separatas in duabus
 personis, seu substantijs, sed duas esse dicendum unum
 Dominum IESVM sicut naturas, ita & naturales in se
 voluntates, & operationes habere: Diuinam quidem vo
 luntatem, & operationem habere ex æternio cum coe
 fessionali Patre communem; humanam temporaliter ex
 nobis cum nostra natura suscepimus. Hanc esse fidei
 confessionem ab Apostolis traditam, per Euangelium
 promulgatam; hanc eadem esse, quam doceat Romana
 Christi Ecclesia omnium mater, iam inde à D. Petro
 traditam; ab eo nimirum, qui caput, & Pastor omnium à
 Christo est constitutus; eius in stabili fundamento sub
 nixam Romanam Sedium, numquam à fidei firmitate
 labefactatam; nunquam ullum haereseos vitium, quo
 quot ei successere, Romanos fecisse Pontifices: hanc esse
 quam omnes Oecumenicæ Synodi, Patresque venera
 biles, omnesque Doctores Orthodoxi secuti, ac venera
 ti sunt; soli haeretici falsis crinitibus, & imposturis
 infectati; hanc esse Christiani hominis professionem
 omnibus animi viribus retinendam; omni studio fouen
 dam; omni libertate prædicandam; per eam homines
 Deo reconciliari: cius patrociuium si suscipiat Impera
 tor, fore, ut ei Deus, usque patrocinetur; & Christianum
 Imperium tutetur, atque confirmet. Sibi quidem
 insitendam esse viam superiorum Pontificum, quorum
 semper fuit eam veritatem aduersus obtrectorum im
 petus constantissimè defendere, ac vendicare. refuta
 re se, ac damnare eodem exemplo. Constantinopolita
 nos Episcopos, aliosque sectarios unam in Christo vo
 luntatem, operationemque blaterantes: quorum deli
 ramenta facile à quouis fano mentis suæ eò maximè de
 prehendi, quod à se ipsis non minus, quam à veritate
 dif.

dissidenteant; nec semper eadem ijdem, neque cohaerentia dicant: quot sint scelerata capita, tot nefarias esse sententias; modo vnam, modo nec vnam, nec duas, modo vnam, & duas voluntates, & operationes oggerentes: eos autem a se reprehendi, sicut a majoribus reprehensi sunt; nec superbè, nec arroganter, nec vel aucupandę gloriæ, vel quæstus consequendi studio, sed sincero, & inflammato veritatis amore. nullò se unquam incommodo ab suo officio retardandum; nullius potestis, vel minis deterrendum, vel blanditijs retrahendum, quò minus populos sibi commissos edoceat; confirmet, hortetur. illa solum Christi pollicitatione se alluci, comminatione perimoueri, qui suam cuiq. confessiōnem, ac silentium præclara alia confessiōne, & ignominioso silentio repensurum in cœlo apud Patrem prænūtiauit. Quare ad pīssimos etiam pītinere Imperatores, quoniam illis veritatis splendor singulari Dei beneficio eluxit, ut ad eorum tempora reseruata eius defensio videri possit, efficere, ut sicut ipsi, Deo benè aspirante, coronati sunt, sic per ipsos victoriæ corona redimita veritas reuiuscatur: incritis poenis multentur hæretici; ejiciatur è terris illa pestis, quæ contagione quidquid infecerit, summo mactat malo; omne inque concordiam, & pacem Ecclesiæ lacerat, atque conturbat. Hactenus oīnes, qui eorum Imperatorum cogitationes, ac studia constituendę fidei acceperint, admiratos, gratulatos esse; gratias egisse; summis etiam laudibus extulisse: si vero porro pergerent in tam illustri facinore, fore ut eos tanto plus gratulationis, ac laudum, & immortalis memoriæ prosequatur, quanto pluris est præclara incopta perficere, quam incipere. Preces omnium ad Deum in eo consummandas, vt eorum Imperium solspitet propitius, & propaget. Nihil esse Christiano Principi honestius, nihil glorioius, quam in se sci-

scipere veritatis Catholicæ propugnationem. Ad extreum orare se, & ad genua prouolutum enixè supplicare, & obtestari, ut sua potentia legatos a se, & Synodo Romana missos vti ius, fasque est, præstet inuolatōs, suis opibus muniāt, confirmet, vti liberrimè possint traditam sibi fidei doctrinam publicè profiteri, nec scelus suis minis, aut iniurijs, vel à sententia deiciantur, vel ab officio depellantur.

Hac summa est Synodicæ Agathonis Epistolæ longissimæ sane si verba dimicariis, sed si rerum grauitatem, & copiam iustæ magnitudinis: ex qua etiam deducta à nobis sunt 1 testima nia à sacris litteris, Patrīm q; veterum prolatā monumentis, quibus quod agebatur de duabus voluntatibus, & operationibus dogma adstruit, atque confirmat. Præterea neino mirabitur, eum tam submisso pro legatorum incolumitate Imperatori supplicare, 2 si statum per ea tempora profligatissimum Orientalis Ecclesiæ, & Imperij reputauerit, quibus non modo aduersus Roman. Pontificum legatos, sed aduersus ipsos Pontifices Syluerium nempe, & Vigilium, ac Martinum, de quo paulo ante memoriavimus, summa vel Episcoporum, vel Imperatorum licentia petulqntissimè, & impijissime debacchata est, vt nee à Sanctis omni iure corporibus manus sacrilegas abstinuerint. Sed nihil est amentiæ, quo non progrediatur impudentia, & impietas eorum hominum, qui semel pietatis, & fidei transilierint fines: Non est igitur ea Agathonis Pont. Summi supplicatio tracti, abiectiq; animi, sed de suorum legatorum salute irre solliciti, & libera, generosaque cum voluntatis inductione ad erigendam illam nimis projectam audaciam demissi. Et profecto quantum apud Imperatorem Agathonis valuerint litteræ, & commendatio, habitus legatis honos ostendit. Appulerunt Constantinopolim an-

I vid
possunt
ipsa epi
Agath.
cōcil. 5.i
serta sex
syn.aēt.
2 Bar.t.
Binus
hist. sy
texte.
Anast.
alij.

no octogesimo supra sexcentesimum, & quidem die
 Septembris die, ut rationem temporū melius Baronius i
 1 Ann.co. putat, quā n. & nastasius, 2 apud quem Nouembris est
 2 in Agat. scriptum. Excepti sunt comiter, & honorificè ab Im
 peratore, acceptaque litteræ ab ijs redditæ tum Aga
 thonis, tū Syuodi in quibus tamen etiam præscriptum
 3. extat to. Agathonis, ut sacri eius consilij Principis, nomen, qua
 3. cōcil.in- rū eadem sententia; eadē fidei instructio, atq; ea, quam
 ferta lex ex Agathonis expressimus. Moniti ab eodē Imperatore
 re. syn.act. sunt, ut nihil p cōtentione, nihil p iracundiā, quæ est
 4. Anaf. inimica consilio, nihil per animorū discordiā, quæ sereni
 Binus. tatis ciuii est aduersaria, agitarē, sed sedate omnia, &
 per sacrarū litterarum, patrūq; testimonia ipsis tradita,
 omisso etiam refractario disputādi genere, caussam fidei
 per tractarent. Ceterū de Imperatoris iusu, sumptuq;
 eis victus suppeditatus, & domus etiā (Placiā eā vo
 tam tradunt) ad habitandum. Tum spatiū quantū sa
 tis visum est, dierū ad recolenda, & meditanda, quæ erat
 post modum in Concilio acturi. Ab eorū aduentu sta
 tim Imperator per epistolā, seu potius edictum ad Pa
 triarcham Cōstātinopolis datū precepit, ut Metropoli
 tanos Episcopos, aliosq; inferiores loci Constantiōpo
 lin cōuocaret, & ad conditū Concilio diem adcessent.
 interim die Dominico, octo post aduentū diebus, ut Iole
 mni ritu, pōpaq; procederent, ad templū Dei genitri
 cis, quod Constantinopoli magnificū in primis, & reli
 giosum habebatur (Blacheras id à conditore for
 tassis appellabant) Imperatoris nomine accessiti sunt Ro
 mani legati, missis ab eodem equis decore phaleratis, qui
 bus per urbem honorificentissimo conitatu stipati inue
 herentur. Duos vero ferme post menses cū iustus Episco
 porum numerus conuenisse visus est, confedere pīmū
 VI. Idus Nouēbris Imperatoris Constantini anno ter
 tio decimo, restitutę per Christū humānę salutis octoge
 simo

tesimo supra sexcentesimū. locus confessus fuit, conclaue domus Imperatoris, ubi secreta negotia curabantur; inde secretariū dictū: sed à fornice, seu rotunda testudine, qua erat concavitas, Trullus appellatur. 1 Id nō men est vasis, si Latinā dialectū species; 2 sed rem ad architectonicā id nominis translatū variato genere, & Ttula, & Trullus usurpatum; eoq; ut dixi appellabatur tunc conclave illud fastigiatū, quodq; testudine sursum erecta rotunditate sua Hemisphæriū referebat. Hic igitur congregati omnes Patres: de quorū numero scriptores discrepant. alij eos solum Episcopos, qui Synodo interfuerent, recensere videntur, qui CLXX. circiter fuerunt, alijs vero multo plures numerant; nimis ad CCLXXIX, ut eos addere videātur, qui Romanæ Synodi epistolæ subscripterunt, qui per legatos tāquam præsentes in oecumenica hac Synodo habebantur. 3 Dispositus confessus eo ordine, qui habitus in Chalcedonensi Concilio. primo, ac digniore loco legati Romani: inde ab ipsis alijs secundo Constantinopolitanus, Antiochenus Episcopi, & Legati Alexandriae. Eminentiore loco Imperator cū omni procerū cohorte conspiciendus sedebat. In medio cōstituta mēnsa ex more splendide ornata, in qua Sacrosancta Euangelia posita Christū ipsum quasi præsentem repræsentabat. His hac ratione cōpositis octodecim Actiones sunt habitæ, quæ in annū ferme sunt prolatæ, transactæq; nimis pridie Idus Decēbris anni octogesimi primi supra sexcentesimum. Earum singula acta, id est q; hic percensere non est nostri instituti, & consilij; cum ea quæ dicta sunt hactenus ad ornandam vitam Agathonis Pōficiis, sub quo ea Synodus celebrata est, prolixiora etiā videri possint, sed consignata sunt, edita; q; Græce, Latineq; Conciliorū tomo v. & Latine solum Annaliū octauo supra memoratl. summa omniū, & existentius Conciliij hic fuit. 4 Primū Monotheitæ multa de

suo dogmate in medium proferre; quædam, ut prauum
 eorum ingenium fieri amat, peruerse interpetrari, dc-
 prauare: alia nonnulla confingere: absurdissimis qui-
 busque permixta vera pretendere. Patres contra ger-
 mana, incorruptaque Dionysij Areopagitæ, Athanasij,
 Gregorij Naziazeni, Basilij, Ioannis Chrysostomi, Cyril-
 li, Hilarij, Augustini, Ambrosij, & Leonis producere te-
 stimonia, quibus duæ Christi voluntates, operationes-
 que vno consensu asseruntur. Atq; ita eoru thecnis facile
 retectis, reiectisq; sophismatis a Synodo, Apostolicæq;
 sedis Legatis plato, recitatq; Agathonis primū, dein
 de Synodi Romanæ litteræ, quibus ab vniuerso Cōcilio
 Act. 8. acclamat⁹, tanquam B. Petri Apostolorū coryphæ i ore
 Act. 10. dictatis, Agathonis autē manu, styloq. exceptis. 2 Con-
 cors, & ditū anathema Monothelitis omib⁹, coruinq;
 principib⁹ vna omniſi voce conclamat⁹: in primis vero
 Polychronio homini perditissimo, qui ad confirmand⁹
 ampliandamq; sectam magicis cantaminibus, ac venefi-
 cijs homininem mortuum ad vitæ limina restituere cona-
 tus fuerat. Macatio item in hæresi animum obstipan-
 ti, quem Oratio, quod erat Sacerdotij insigne, de Sy-
 nodi, & Imperatoris sententia a Basilio Cr̄tensi Epi-
 scopo spoliatum, unaque Stephanum eius discipulum
 mali corui nālum oñum, ceruicib⁹ apprehensum Ro-
 mani Clerici foras extrudunt. hos, ceterosque coru⁹
 affecias publicè item exauctoratos Romam amandant,
 non exulatum, vt scribit Anastasius: præclare enim cum
 ijs actum fuisset, si Roma locus exulij dat⁹ esset, sed uti
 eorum causa ab Agathone, quen appellauerint, reco-
 gnosceretur 3 Condunt deinde Patres Catholicæ fidei
 forinulam: qua duas Christi voluntates, duas actiones
 humanam, & diuinā indiuise, atq. inconfuse decernūt
 atq; definiunt: Humanam vero voluntatē non modō di-
 uiñæ nihil obliuantem, sed q̄b sequentem, atq; omnino

subiectam . Hęc decreta, ac definitiones suis quiq; chi-
rographis corroborat, eaq; vti fidei regula coram Imperatore iterum recitata. & vti sancta, & inuiolata ab omnibus haberetur, promulgato edicto, ab Imperatore cautum est. Hilaris ad extreum gratulatio, actioq; gratiarum tam salutares actiones excepit, atq; conclusit . Imperator Patribus; Patres vicissim Imperatori gratulantur, & gratias agunt. precantur cuncti in columitatę, prosperos-
que rerum successus tam pio, ac religioso Principi. ab Agathone Pontifice omnes Conciliij Patres per litteras, quae in ipso Concilio descripte sunt, petunt, & obse-
crant, vt synodum, eiusque canonicas actiones sua au-
ctoritate confirmet. Edictum est præterea missum om-
nibus recte de fide catholica sentientibus, ut Maca-
rij, aliorumq; damnatorum Theodori Pharanitæ, Cy-
ri Alexandrini, Sergij, Pauli, Pyrrhi, Petri Constanti-
nopolitanorum nomina, imaginesq; vbi vbi extarent pe-
nitus oblitterarent, atque delerent. In Macarij locum suf-
ficitur Anthiochenæ Ecclesiæ ab Agathone Theophan-
es Siculus, & Abbas Monasterij, quod tunc in Sicilia
extabat, Baias, vt referunt scriptores, quos viderim
omnes, appellatum; sed Baiarum potius scripserim
(nam Græce βαιαν εστ) quae vox palmarum surcu-
los signat. quod sane in valle Noti situm per id tem-
pus facile quis, si legerit epistolam Gregorij Magni tri-
gesimam sextam libro sexto, suspicari possit. Verum
quacumque in Siciliæ regione positum, & vnde-
cumque sic appellatum id Monasterium fuerit, à quo
nunc longius disquirendo supersedeo, in Sicilia cer-
te extitisse satis constat: & Abbatem Theophanem iti-
dem Siculum, hominem spectatæ religionis, & fidei, qui
præclaram in eo Concilio Agathoni, reiq. publicæ Chri-
stianæ nauauit operam. In Constantinoplitana vero
Ecclesia Georgius mansit, ut qui prava opinione de-

Anaf
alij.

posita Synodi definitionem rēcepērīt. Ita igitur aranearum telā, quas superbi illi glorioſq. nouarum rerum artifices diuinæ sapientiæ æmuli contexuerant, dissipatæ. quod cælo ipso authore à me dictum accipiatur. i Si quidem quo dic Macarius, alijq; eius hæreſeos conciij ex vrbe erupere, viſæ ſunt omnium oculis tota Constantinopoli aranearum telę per aerem pluere: quod manifesto fuit oſtentui, idq. stupor, ſenſuſq. diuinitus omnibus iniectus comprobabat, tum demum urbem illam ab hæreſeon ſordibus expurgatam. diuinoſſo inde Concilio, ſublatoque inter Græcos, Latinosque diſſidio ad pacis, ac federis ſignificationem, & firmitudinem ſolemni die à Pascha octauo in Ecclesiā Sancte Sophiæ, quod maximum, & auguſtissimum Cōſtantinopoli coſlitur, præſente Imperatore, ac Patriarcha à Ioanne portuensi Epifcopo, qui etiam tunc regia in vrbe degebat, assistantibus Romanis alijs ſacrum Latino ritu celebra- tum, gemitib⁹ p̄ gaudio animis, & ita post diuturnam diſcordiam coalescentibus, vt ex omnibus latinæ voces eruperint, quæ laudes piissimo Imperatori acclamarent, & victoriā benē ominarentur. Tantū vero boni, quantum in pace, & concordia præſertim Ecclesiārum, & fidei poſitum eſt, vbi à Deo auctore omnium bonorum excederis, Agathoni Pontifici acceptum eſt re ferendum. cui etiam illud accedit, quod ab iniquissimæ pensionis onere Romana Ecclesia leuata eſt. i Etenim Gothorum reges Ariani, & impij tyrannico domini- tu iam antea ſtatuerant, ne quis Romanus Epifcopus initiaretur prius, quam certam pecuniaſ ſummam perſoluifſet. exactis poſtea Gothorum Regibus, Imperatores Orientis, quam penſitationem abolere debuiffent, ad ſe tranſtulerunt. ſed Cōſtantinūſ tandem Agathoni roga- tu eam remiſit, ac ſuſtulit data de ea re epiftola, quain ^{etiam} Græci, Latini ſacrā appellant. nec tan-

Aucto-
s ijdem
p. cit.

uer. Bi
not. ad
ſt.
on. co-
ian.

men vsquequaque clemens visus. siquidem ius aliud per tyrannidem à superioribus item Dominis usurpatum, vt ab Imperatore Pontificis creatio rata fieret, sibi retinuit. a qua tamen seruitute Benedicto Pontifice eo nomine primo liberata Ecclesia respirauit. Verum hæc quæ Agathonis temporibus vniuersæ tei Christianæ salutaria, iucundaque acciderunt, grauissima Italiae calamitate infuscata sunt. ita pleraque mortalium habentur, vt lęta tristibus, acerbis dulcia temperentur.

Nam primum anno supra sexcentesimum sc̄ptuagesimo octauo, quæ impenderent mala, cęleste portentum denuntiauit: Cometa tribus mensibus ardere visus, qui cum esset index, magnam calidi, & sicci halitus uim e cauernis terrę erupisse, & aliquam certe cęli obsidere regionem, euentu ipso rem comprobauit. tribus scilicet consequentibus annis illici non pluisse probatæ fidei autores tradunt, i quod tamen vix alias contigisse legimus. neque hic calamitatum finis. anno post tertio alia superuenere, & maiorum ærumnarum ostenta. a Mundii luminaria eodem pęnc tempore Ecclipsim passa; deinde ex tam male affecto, corruptoq; cęlo tam atrox pestilentia Italiam incessit, vt ipsi pęne vastitate in attulerit. magna morientium, & confusa strages, coaceruata nullo discrimine funera: parentes cum liberis, cum sororibus fratres eodem impositi feretro extra urbem ad inseptultam sepulturam tollebantur. Sed Ticinum in primis ita depopulatum tradunt, vt ciuibus iuga montium, aliaq; subinde contagione imminuia loca appetentibus, & perfugium à præsenti etiam, non modo immimente morte quærerentibus, oppidi fora, & compita ciuii desolata cultu, nulloq; huinano pressa vel stigio herbas, fruticesq; ad pecoris pastū emiserint; multorum etiā oculis terribilem speciem oblatam. Bonum vna, malumque Genium circumire ciuitates; & malum non tam sua spon-

² Bell chron.
lib. de se
pt. Eccl.
Rocch. I
ti not. ec
² Paul. D
co. li. 6. c
rebus L
gob.

Mauri
Martyr.
Alij mu

te, quam comitis iussu, eius, qui bonus antea, proprie-
tusque fuerat, venabulo, quod manu gerebat, cuiusque
domus fores pulsare: quotque fuissent pulsantis iactus,
tot sequenti die eadem domo funera elata. Sed placa-
ta tandem precibus, credo, Sancti Pontificis, lacrymisq; de-
linita diuina iracundia, oraculum diuinitus priuato cui-
dam homini, sed apud Deum virtutibus nobili datum,
non prius conquieturam pestem, quam in Basilica Beati
Petri ad Vincula ara posita, dicataque Sancto Mar-
tyri Sebastiano foret: quo rite officio persoluto imple-
tum oraculum est, Italia à tam miserabili internectione
liberata. extat hodie incolmis ara, eique apposita San-
cti Martyris imago musiuo opere expresa. Mansit
deinde ad posteros religio, vt in gruente peste imagines
pingi, excitari altaria, templa etiam fabricari ex eadem
causa voto nuncupato confuescant; cuius & Panormi
non pauca monumenta visuntur: nā & templū magnifi-
cum, & statua affabre facta, & supplicatio etiā, quā voti
sui rea ciuitas Panormitana quotānis exhibet; huiusc
beneficij memoriam contestantur. Iam ut res ab Agatho
ne gestasabsoluā, liberalitatis in suos, religionis in di-
uos hęc documenta proferā. Rogā vnā, vt Anastasius
1 in eius vita.
2 Meursius Glos.
Graecobatb.
loquitur, clero vniuerso erogauit. ab erogando aut̄ Ro-
gā lequioris sæculi latini scriptores, & Graci mixobarba-
ri appellant, quod veteres congiarium cum populo, do-
natiū cum militibus donabatur. vt vero lumina in A-
postolorum, & S. Marię ad pręsepe templis perpetuo
lucerent solidorum duo millia, centum, & quadraginta
attribuit. Initiationem ex ritu Pontificis vnā habuit, qua
Presbyteros decem, Diaconos tres, Episcopos alios ad
alias dioeceses octodecim creauit. His immortalitate
dignis perfunctus operibus nō annis magis, quā meritis
gravis nonagenario maior morbo, naturaq; cōcessit, An-
no reparatæ salutis octogesimo secundo supra sexcen-

sumus. mortem obiit contentaneam vitæ sanctissimæ.
 dies mortis eius ad IV idus Ianuarij, tum in Ecclesiasticis Sanctorum fastis, tum in omnibus fere antiquioribus chronologis consignatus est. Verum quod in huiusmodi antiquarum rerum monumentis afferret, ut semper certius aliquid in dies comperiatur, & quæ veritas prioribus seculis clausa fuerat, posterioribus aperta sit, id ipsum de die mortis Agathonis cōtigit. nam ubi inter Viennenses antiquitates, quas ex Floriacensi bibliotheca Ioannes à Bosco eruit, in lucemque protulit, epistola etiam Agathonis nostri, ad Viennensem Archiepiscopum edita est, cum ea data legatur i kalendis Martij post redditum legatorum in Vibem eodem anno, quo defunctum Agathonem apud omnes constat, necessaria ratione coginatur affirmare, cum vixisse dūtius eo die, in quem communiceret mox eius coniicitur: & satis hinc probabili conjectura colligimus, antiquo librarij errore, qui postea pro veritate inoleuit, pro Idibus Iunij scriptum viuisse Ianuarij; maxime cum primoribus litteris mensis compendio scribi soleant, & facilis lapsus in una littera euenire potuerit, vt pro u, obductis apicibus, sit exaratum, a, quam conjecturam diligentissimus temporum calculator Baronius nouissima Annalium editione a dispexit, & iudicio suo cōprobauit: qui etiam quatuor annos Agathonem Pontificem sedisse ex suo temporis ratiocinio affirmat: quem & Notitiae Siciliensium Ecclesiarum scriptor sequitus est; & nos utriusque suffagamus. Vnde his rationibus, & autoritate duci in Ecclesia Panormitana commutandum curauimus diem eius memoriae celebrandæ. & sane rectius fuisset suū illi addicere, nisi hunc præripuisset, & veteri iure obsidere D. Oliuae Panormi itidem ciuiis, ac Patronæ sollemne. quare usque ad consecrationis diem protrahenda celebritas: isque in posterum S. Aga.

1 apud Ba
ron. Iann.
632.

2 ead. an:

Agathonis recolendæ memorie status Panormi seruabitur. ea ritu peragitur sollemissimo, qui Patronis principibus Cuiusatum est constitutus. quod iam inde ab anno M DC. XXIV. inceptum cum Senatus Panormitanus, ut diuinum nunc proptium populo pestilenzia laboranti faceret, inter Patronos maiorum gentium Agathonem allegit, quem allegaret ad Deum. ercta ad id in templo priuariio eidem aera positaq; imago in tela graphicè depicta. cui deinde Urbanus VIII.. Pontifex Maximus beneficium simplex, ut vocant, aureoru circiter mille addixit; dato ea de re diplomate anno M DC XXVII regestoque in regia tabularia. Adscribam in extremo epitaphium; quod & elogium virtutum Agathonis complectitur, & crassa Minerua scriptum eius seculi ineultum, de quo supra meminimus, indicat. Igitur in sepulcrum eius, quod est ad S. Petri, apud Ci a econ. in ita incisum est.

Pontificalis apex virtutum pondere fultus
Ut iubar irradiat, personat ut tonitru.
Quæq; modo hoc peragit doctrinæ fomes, & auctor;
Format enim gestis, quod docet eloquijs.
Dum simul æquiparat virtus, & culmen honoris,
Officium decorat moribus, arte gerit.
Præditus his meritis Antistes summus Agatho
Sedis Apostolicae foedera firma tenet.
En pietas, en prisca fides: insignia Patrum
Intemerata manent nisibus, alme, tuis.
Quis vero enumeret membrum documenta tuorum,
Formula virtutum, dum tua vita foret?

F I N I S.

